

aliem exercitum eius · et extranei ingre
diebantur postas eius · et super hierusa
lem mittebant sortem · tu quoque eras
quasi unus ex eis · Lxx · Propter inter
fectionem et impietatem aduersum fra
trem tuum iacob operiet te confusio et
aufereris in aeternum · Ex die qua re
stitisti contra ~~contra~~ in die cum cape
rent alienigenae fortitudinem eius ·
et alieni ingressi sunt postas eius · et su
per hierusalem miserunt sortem et uos
eratis quasi unus ex eis · Idcirco in
teribit uir de monte esau et peribit sa
pientia de idumea et prudentia de mon
te esau · quia interfecisti germanum
et inique egisti contra fratrem tuum
iacob · quando chaldeis babylonisque
uastantibus hierusalem · et obsidenti
bus ciuitatem · et ingredientibus por
tas eius · mittentibusque sortem in
diuisione praedarum · Tu eorum soci
us eras · et in hostium numero uersa
baris · Aliter; cuncta quae supra
scripta sunt · patieris o edom cru
ente · terrenae crudelis · quia falsa
mortifera que doctrina et aduersum
dominum impietate loquente occidisti fra
trem tuum iacob; Legimus in salomo
ne · Sunt qui locuntur et interficiunt
gladio · Et in alio loco; uenenum aspi
dum sub labiis eorum et lingua eorum

gladius acutus; Operiet ergo te confu
sio et dices confusio uultus mei operuit
me, ac peribis non ad breue tempus sed
in aeternum · Aeterno enim quantum
in te fuit fratrem uulnere percussis
ti · sed et haec erit causa cruciatus; nam
quando alieni deuastabant exercitum
iacob · et ingrediebantur per postas eius
in pacificam quondam hierusalem, mit
tebantque sortes ut eius sibi spolia diuide
rent · tu unus eras ex hostibus; Legimus ·
uidemus cottidie comprobamus · quan
do persecutio contra ecclesiam moritur ·
multo peiores per secutores iudeos et he
reticos in xpianos fieri quam
et hnicos; possumus ex traneos
ingredientes postas hie rusalem
Aosic Moyc idest cogitationes pessi
mas dicere · Postasque hierusalem id
est animae quiescentis et uidentis dominum
quinque sensus interpretari · per quos
introeant hostes et spolia diuidant hie
rusalem; Si uiderimus mulierem ad
concupiscendum · mors ingressa est per
fenestras nostras · Si susceperimus per
aures mendacium ac iudicium sangui
nis, per aliam postam hostis ingressus
est; Odoratus quoque, gustus et tactus ·
si uel uariis odoribus · uel dulcibus cibis ·
uel amplexibus delicatis captus fuerit ·
per alias postas ingressi sunt aduersarii

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0252